In altera.

Capra sinistrorsum tendens, Iouem infantem adhuc uberibus lactens. Inscriptio. ΛΗΞ . . . . . Aereum hunc nummum mediocrem apud Franciscum Venierium aliquãdo Venetijs in manibus habuimus.

In una parte.

15. Augustus ad dextram intuens, sine corona, cum ascriptione . . . ΗΡΩΗ Ρ. Π . . . ΣΗ=ΝΟΔΗΡΟΣ.

In altera.

Lepidus depingitur, ad sinistram obtuens, cum his literis ante retroq; Ζ. Ξ. L. B Η Χ. Hunc æreum habet nummum Patriarcha Grimanus Venetus.

In una parte.

16. Augustus Liuiaq; contigui adparent, sinistris ambo uultibus, laureatus ille, hæc crispato eleganter capillo, sine ulla epigraphe.

In altera.

Ceruus stat sinistrorsum respectans. Sub quem alte pharetra neglectim iacet, sub eaq; legitur. ΑΡΧΙΕΡΕ-ΥΣ ΑΕΚΛΑΕ. Ante retroq; ceruum circa animantis pedes literæ indigestæ sunt. Ε-ΦΕ. ΝΙΚ-ΟΣΤΡ- ΑΤΟΣ. Nummum hunc mediocrem ex ære Corinthio Romæ apud D. Iulium Calestanum uidimus.

In una